



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

6. Aliquot quæstiunculæ de initiatis. Tonsura, & Minoribus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

cit. Hen. Fillius. & communiter satis esse si unus Vrecolus tangatur ab ordinando: Forma item duplex est Altera. Accipe Cereferarium cum Cere, ut scias, te ad accendenda Ecclesia lumina accipere in nomine Domini. Altera. Accipe Vrecolos, ad accendendum vinum, & aquam in Eucharistiam Sanguinis Christi, in nomine Domini.

3. Circa quæ, triplex est sententia, alii ut Bon Rich. Angel. alii apud Leand. de Ord. quæst. 17. affirmant priorem, alii ut S. Thom. Val. Gran Bonac. alii apud Leand. citatum, posteriorem, alii denique Aversa de Ord. quæst. 2. sect. 4. utramque simul esse materiam, & formam adæquatam huius Ordinis, & per ipsas imprimi Characterem. Omnes probabiliter.

4. Officium ergo Acolythi est præparare lumina ad Sacrificium, Cereum, ubi est legendum Evangelium, ferre Diacono, & Subdiacono inservire, (ham inde dicitur Acolythus, latine pedisequus) Aquam, & vinum in Vrecolis ministrare, eosdemque vino, & aqua plenos eidem Subdiacono porrigere.

5. Acolythum immo, & ceteros quocunque Ordine, quamvis Minori, insignitos, imò & solum tonsuratos posse licite tangere vasa sacra, sed in quibus non sit Sanctissima Eucharistia, teste G. Horr. de Ord. diff. 14. & plur. apud eundem Leand. docuimus. In opusculo de Sac. Missa lib. 1. cap. 2. §. 1. num. 9.

§. VI. Aliquot quæstiones de Initiatis Tonsura, & Minoribus.

AN HI, CVM INITIANTVR OBLIGENTVR Sacram Eucharistiam sumere, & quid de Aliis.

1. PRIMA Tonsura, & Minoribus initiati, eo die, quo initiantur, obligantur, Sacram Communionem suscipere, & per hanc occasionem, quid de aliis in Sacris?

2. Respondeo tribus dictis. Dico, Primò, Tonsura & Minoribus initiatis non obligare. Primò, quia non adest Textus ad id obligans. Secundò, quia aliqua Rubrica sic fortè disponens, nullum indicat præceptum, unde solum continet consilium. Tertio, Praxis idem persuadet, quando scilicet hi ordines conferuntur a Præbendo.

3. Dico, Secundò, Idem affirmari debere de Subdiaconatu, & Diaconatu propter duas priores rationes proxime dictas; semper supponendo, non esse alicubi peculiare præceptum.

4. Dico, Tertio, Sacerdotio initiatus omnino sub peccata culpa mortalis communicare debere, (teste Quint. de Ord. sing. 17. n. 2.) quia debent participare de suo sacrificio.

AN PECCET QVIS, SI INITIATVR TONSURA, & Minoribus, sine intentione ascendendi ad alios Ordines. Et quid de Episcopo, si, id sciens, illum initiet.

5. Neutrum peccare mortaliter, puto, cum Sanch. lib. 7. matr. d. 3. l. 16. Coninch. Layman. G. Hurt. Bon. aliis que ap. Leand. de Ord. d. 7. §. 9. & 10. quia nulla gravis deordinatio in hoc apparet, nec grave præceptum; Non ita in eo, qui Religionem ingreditur animo non perseverandi, quia hic decipit Religionem, dum alitur ejus expensis contra ejusdem Religionis voluntatem, Lege Coninch. de Ord. d. 20. n. 105.

6. Dices. At Tridentinum sess. 25. c. 4. de Ref. prohibet illos prima Tonsura ordinari, de quibus probabilis conjectura non sit, eos, non secularis iudicii fugiendi fraude, sed ut Deo serviant, hoc vitæ genus elegisse.

Respondeo. Tridentinum loquitur de initio ex intentione fugiendi iudicium seculare, non autem de intentione non ascendendi ad alios ordines.

7. Quod si quæras, an is, qui contra Tridentinum initiatus ex intentione fugiendi dictum iudicium peccet mortaliter? Respondeo, esse duas sententias, Navarrus,

Barbosa, March. Molfes. aliique cum Leand. de Ord. d. 7. §. 9. putant, peccare mortaliter. Sanch. l. 6. G. Hurt. Coninch. Layman. Bonac. ap. Leand. l. c. cum aliis, taliter non peccare.

8. Hanc posteriorem sequor; quia, nec Tridentinum imponit præceptum grave, nec gravem intentionem cum ejusmodi intentione ordinatur; irrogaturque, si sit, vel potestari seculari; quilibet enim vi potest libertate, in eligendo vitæ statu, esto deinde peccatus ad statum altiorum nolit ascendere.

9. Verum peccatne saltem venialiter. Respondeo. Sanch. loc. c. num. 17. sic habet: Si Ordines Minores primam Tonsuram accipiunt, solum intendunt deordinari jurisdictionem fori secularis, nonnulla culpa est, quia loquendi communi, illud (nonnulla) solum veniale notat. Quare si deinde Sanch. n. 18. dicit non peccare Episcopum, si prædictam ordinem intelligendus est, sibi sit contrarius) non peccare mortaliter, num possit effugere veniale, si sciens ad illud cooperatur?

10. Notabile demum est illud, quod docet Layman. nimirum, Rectores Academicarum sine veniali culpa assumere Minores Ordines, absque intentione nendi in Clericatu, sed solum ut sic, possint Scholares Ecclesiasticos regere. Quæ Doctrina ostendit, peccata adesse iustam causam, unde, ne venialiter quidem peccetur.

AN PECCETVR QVI MINORIBVS INITIATVS ob solum spem Beneficium Ecclesiasticum consequi.

11. Marchinus de Ord. traht. 1. p. 8. c. 1. d. 1. ad hanc quæstionem sic respondet. Si dicta spes sit casualis, principalis finalis, & primaria, mortaliter peccatur, si sit securaria, & impulsiva. Quæ doctrina confirmari potest ex Divo Thoma 2. 2. q. 187. art. 1. docente, peccare Episcopum ob divitias (intelligendæ sunt principaliter) esse mortale.

12. Profecto, si id, ita absolute dictum veniale, vix Sacerdotibus, vix Clericis, vix Fidelibus, Quamvis que enim est, qui ob finem habendi temporalia spiritualia non moveatur?

13. Naviter igitur intelligendum est, quid sit hoc moveri à lucro, vel simili spe temporalis, tanquam à sua seu causa principali, ita ut mortaliter tunc peccet. Certe est, cum quis ita moveatur ab hoc fine, ut ita spiritualia ad illud ordinat, ut velit legem Dei ita gravi negligere, dummodo eo lucro potiar. Hæc profecto intentio, si vel Clericus, vel Episcopus habet in sua Ordinatione, peccare mortaliter, non dubium, & de hac loquitur Sanctus Thomas.

At, si ejusmodi intentionem non habeat, sed ita ut finem illi lucrum, media sua ordinatione, ut live expellat, si tacite sit paratus, legem Dei non negligere, certe difficile est, pronuntiare, mortaliter peccatum. Quamvis enim aliqua sit venialis deordinatio, spiritibus uti, tanquam mediis, ad temporalia: tamen, si constat voluntas prædicta, esse gravis, & mortalis deordinatio nequaquam videtur. Lege nonnulla adnotata hæc facientia in nostro opusculo de Sac. Missa lib. 1. c. 1.

AN INITIATVS TONSURA, VEL MINORIBVS peccet, si sine ulla causa vixorem doceat, & a Clericali statu discedat.

14. Quamvis aliqui, ut Th. Azor Silv. aliique ap. Leand. de O. d. d. 7. §. 13. nullam hic agnoscant culpam, tamen adesse venialem mihi probabile est, cum Sanch. lib. 7. matr. d. 3. l. 17. quia ejusmodi clericus videtur receptum itatu, quem in ipsa receptione Tonsuræ videtur implicite Ecclesiæ, aliquo tandem modo promississe. Non ergo hanc culpam ego duco ex capite inordinatæ, hoc enim fortasse non attingeret culpam, cum sit solus defectus maioris boni, ut in simili diximus lib. 3. in p. 2.

CAPVT II.

De Subdiaconatu.

§. I. Quid ille sit, qua materia, & forma constet,
& quod ejus Officium.

1. Subdiaconatus est Ordo Sacer Ecclesiasticus, quo datur potestas assistendi in altari Presbytero sacrificanti, ministrando ei Calicem cum vino, & patenam cum Hostia, & item potestas legendi Epistolas in Missa.

2. Materia, & forma est duplex. Altera, est Calix cum Patena sine vino, & Hostia, quæ est materia remota, nam proxima est ejusdem porrectio cum hac forma ex verbis monitoriis composita potius, quam ex imperativis. Videte cujus ministerium vobis traditur, ideo vos admonet ut ita vos exhibeatis, quod Deo placere possitis. Ita post accuratam considerationem se invenisse, asserit Vasquez tom. 3. in 3. p. d. 2. §. 8. c. 5. n. 52. cum plausu suorum Auditorum; nam sic, ait, constabit hoc Sacramentum, more cæterorum rebus, & verbis, & non est cum molestia querendum, cur hic Ordo conferatur sine forma verborum? Altera materia remota, est liber: proxima, ejus porrectio: forma hujusmodi. Accipite librum Epistolarum, & habete potestatem legendi in Ecclesia Sancta Dei tam pro Vivis, quam pro Defunctis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

3. Ex his materiis, & formis nonnulli sentiunt ut Vasq. Coninch. Marc. apud Leand. de Ord. d. 3. q. 14. Castrop. de Ord. d. vñ. part. 4. n. 13. vocans id commune & certum, conferri Subdiaconatum per priorem. Alii vero ut Medin. Filliuc. Aversa G. Hurt. alique ap. Leand. citatum, per priorem simul, & vñitum cum posteriore. Id quod, & an duplex Character partialis imprimatur? & duplex conferatur gratia, an potius unus, & una? similesque quæstiones, quæ ad praxim non faciunt, Doctores citati prosequantur.

4. Munera Subdiaconi, idest Subministri Sacerdotis, his verbis numerantur in Pontificali. Subdiaconus debet,

I. Aquam ad ministerium altaris præparare.

II. Diacono ministrare.

III. Pallas altaris, & corporalia abluere (de hoc omnino vide in cap. 2. §. 1. num. 5. in nostro Opusculo de Sacr. Missa.)

IV. Calicem, & Patenam in usum Sacrificii eidem offerre.

V. Panem consecrandum pro populo in altari ponere. Hæc in Pontificali, quibus in aliis Rubricis additur,

VI. Crucem in supplicationibus gestare.

VII. Epistolam in Missa solemniter canere.

VIII. Denique Subdiaconus ad mulierum januam, sicuti Diaconus ad januam virorum, dum in templum ingrediebantur, antiquitus, Ap. Clem. Rom. 1. 8. conf. c. 11. alias 15. ad sexus distinguendos, assidebant.

5. Hæc sunt Subdiaconi munera, quibus adde obligationes duas, quas sub mortali in susceptione sui Ordinis contrahit, puta Castitatem servandi, & horas Canonicas persolvendi.

6. Denique tria adverte. Primo porrectionem, seu traditionem prædictam quæ est materia proxima Subdiaconatus, ut etiam similem traditionem in Diaconatu, & Sacerdotio, debere, sub poena nullitatis Ordinis, fieri ab Episcopo ordinante: quæ tamen invaliditas non ita clare apparet in Minoribus Ordinibus, nam olim ab alio quam ab Episcopo, hoc est ab Archidiacono tradebatur Acolyto materia, ut notavit Vasquez, loc. cit. disput. 237. cap. 2. num. 23. ap. Au. quest. 2. de Ordinatu. inir. sess. 2. Secundo formam priorem Subdiaconatus dictam num. 2. solum esse illa verba: (Videte cujus ministerium vobis traditur) cætera enim videtur solum ad

I 4 adhor

cal. cap. 11. n. 2. sed ex capite dictæ infidelitatis in re non potestabiliter gravi.

15. Hunc autem Clericum si beneficio gaudeat, vel Ecclesiastica pensionem, illis privati, statim ipso jure, initio valide matrimonio, ne te, quæso prætereant. Lege Sanchez l. 7. de matr. disp. 4. n. 5. Castrop. de Ord. d. vñ. p. 17. n. 15. Laym. lib. 4. r. 2. cap. 14. n. 2.

AN TONSURA INITIATIVUS, SIVE SIMPLEX

Clericus, sive Beneficiatus peccet, si Tonsuram, quam Clericam appellamus, non deferat.

Idem per occasionem querimus de Initio in Sacris;
Et quid de vestibus Clericalibus?

16. Triplex est, quoad Clericam, sententia. Prima, docet (cum Panorm. S. Aug. Tab. Arm. Sylvest. Bafi. Soto apud March. de Ord. trail. 2. p. 1. cap. 6.) omnes Clericos peccare mortaliter, si Clericam ferre negligant per tempus notabile. Secunda satis communis cum Vasq. tom. 3. in 3. p. d. 2. §. 8. cap. 8. G. Hurtad. de Ord. diff. vñ. Sanch. in conf. 7. c. 1. d. 49. Leand. d. 13. de Ord. g. 34. & 35. (asserit, non omnes, sed clericos Beneficiatos, & constitutos in facis. Tertia contendit, cum March. loc. cit. trail. 2. p. 1. c. 6. Castrop. de Ord. d. vñ. p. 18. n. 3. Caët. aliique apud Dian. p. 3. trail. 4. resol. 183.) nullos peccare mortaliter, nisi ad temeritas, contumacia, & contemptus.

17. Hinc tertiæ sententiæ ego adhæreo libentius. Ratio est, quia consideratis diligenter, expensive singulæ testibus allatis à contrarium sentientibus, nullum inveniri, qui præceptum, saltem grave, contineret, quam diligentem considerationem hic inferere animus fuit, verum, quia post meum in expendendo laborem impensum (sincerè enuntio, me non mentiri) incidi in March. loc. cit. apud quem legi, meam diligentiam ab ipso fuisse præventam, ideo judico, satis, superque e, si te ad illum, Lector benigne, remittam.

18. Excepi autem contemptum, &c. quod ex Caëtano discifere notavit Layman. lib. 5. trail. 9. cap. 12. num. 2. his verbis, in quibus statuitur etiam de vestibus, & comprehenduntur item initiati in Sacris. Sylvester, Armilla, Vasquez aiunt, non esse mortale, Clericum Beneficiatum, vel constitutum in sacris non ferentem Tonsuram, aut habitum Clericalem (seclusa contumacia, & contemptu) nisi manifestus excessus fiat ultra modum consuetum: Et hoc placet, tum esse mortale, si spectatis circumstantiis persona, loci, duritiae temporis, &c. Clericalis Tonsura, & habitus neglectus notabiliter repugnet honestati, & bono exemplo Clericorum, cujus gratia talis habitus lege Ecclesiastica præcipitur. Sin vero ex justa causa, vel ad tempus brevis, sine honestatis detrimento, habitus deponatur, nulla omnino culpa est. Spectanda etiam est conjunctio Diocesis consuetudo. Hæc Layman. quæ quasi iisdem verbis, approbat Castropalaus loco citat.

19. Nec dissimilis est Trullench. l. 6. de Ord. cap. 2. n. 4. §. num. 6. cujus verba exscribere non erit inutilis, qui explicant prædictam Layman, & Caëtani doctrinam; Sic enim ait. Caëtani docet, Initiatum non gestantem habitum Clericalem, & Tonsuram apertam, tunc peccare mortaliter, quando adest temeritas, contumacia, & contemptus, cujus sententia sustineri posset, si adest aliquod signum, quo appareat Clericus, quod tanquam probabile adsumunt Ledesma, & Villalobos: Secus tamen si nullum signum Clericus appareat, ut si habitum Laicalem, & eum sine corona deferret. Ideo, & bene prædicti Villalobos, & Ledesma concludunt, Clericum Initiatum, tunc solum non peccare mortaliter, cum ita deferat habitum ut videatur non Clericus. Excipe semper necessitatem justam, qualis esset paupertas, vel fuga inimici, parvitas item temporis ob aliquam congruentiam, &c. Hæc ex Trull. Addo ego Barb. & G. Hurt. l. c. & Vasq. l. c. cap. 2.